

*Doc. 2 (Scriptum est iustitiario et erario
Basilicate. Exponente nobis castellano...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 2 (Scriptum est iustitiario et erario
Basilicate. Exponente nobis castellano...)*

1270-12-30

Eodem ibidem (die 30 decemb. 1270, in Trano) scriptum est iustitiario et erario Basilicate.

Exponente nobis castellano regii castri Lacuspensilis nuper accepimus, quod domus castri eiusdem reparatione plurimum indiget quo ad tecta. Cum igitur de fide et legalitate iudicis Francisci de Grisa de Melfia plenarie confidentes, sibi per alias nostras licteras sub certa forma iniungamus ut ad requisitionem castellani predicti ad idem castrum se personaliter conferens, per ipsum architectis ad hoc ydoneis et fidedignis adhibitis, qui fideliter extiment pro quanto tecta huiusmodi reparari possint, ea faciat reparari, vobis etc. quatenus ad requisitionem ipsius iudicis pecuniam necessariam pro reparatione predictorum tectorum tantum, iuxta eorundem architectorum extimationem de pecunia subventionis meritagii vel presentis generalis subventionis seu de quacunque alia etc. sine difficultate qualibet exhibere curetis. Mandato aliquo etc. Recepturi etc.